Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola ad Colosenses

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

cūque pudica. q̄cūq; iusta. q̄cūq; scā.
q̄cūq; amabilia. q̄cūq; bone fame. si
q̄ uirtus. si qua laus discipline hec cogi
tate que et didicistis et accepistis et audi
stis et uidistis in me. Hec agite. et ds pa
cis erit uobiscum. Gauisus sum i dn̄o ue
hementer qm̄ tandem aliqñ refloruistis
p me sentire sicut et sentiebatis. Occu
pati aūt eratis. Non q̄si ꝓp penuria dico.
Ego enī didici in quib; sum sufficiens
ee. Scio et humiliari. scio et hn̄dare. Ubi
q; et in omnib; istitut' sum. et saciari et
esurire. hn̄dare et penuriam pati. Om̄ia
possum in eo qui me confortat. Uerūtñ
bn̄ fecistis comunicantes tribl'oi mee.
Scitis aūt et uos philipenses qd̄ in p̄ncipio
eu'ii qn̄ pfectus sum a macedonia nul
la m̄ ecclia comunicauit i ratione dati
et accepti. nisi uos soli. q; et thessalonica
semel et bis i usum m̄ misistis. nō q̄a q̄
ro datum. sz requiro fructū hn̄dantē in
ratione ura. Habeo aūt ōia et habundo.
Repletꝰ sum acceptis ab epafrodito q̄
misistis odorem suauitatis. hostiam ac
ceptam placentē deo. Ds aūt mS ipleat
omne desideriū urm̄ scdm̄ diuitias sua
in gl'a in xpo ihu. Deo aūt et pr̄i nostro
gl'a in secula scl'oꝝ amen. Salutate om
sc̄m in xpo ihu. Salutant uos qui mecū
sunt fr̄es. Salutant uos om̄s sc̄i. maxi
me aūt qui de cesaris domo s̄. Gr̄a dn̄i
nr̄i ihu xpi cum sp̄u uro amen. Explic
ep̄ ad philypen. Incip̄ ploḡ ad Co
lossen. Colossenses
ses et hii sicut laodice
ses sunt asiani. et ipi
puenti erant a pseu
do aplis. Nec ad eos
accessit ipse aplis. sz et hos p eplam cor

rigit. Audierant enī uerbum ab archippo.
qui et ministeriū i eos accepit. Ergo apo
stolus iam ligatus scripsit eis ab epheso per
tithicum dyaconū [illegible] onesimū acolitū
Incipit Epistola ad Colosenses.
Paulus
apl's xpi ihu
p uolunta
tem dei et
timotheus
fr̄ his q̄
sunt colo
sis sanctis
et fidelib; fr̄ib; in xpo ihu. gr̄a uob
et pax a deo pr̄e nr̄o. Gratias agim'
deo et pr̄i dn̄i nr̄i ihu xpi semp p
uob orantes. audientes fidem
uram in xpo ihu. et dilectionē q̄
hētis i omnes scōs. ꝓp spem que
reposita est uob in cel'. q̄m audistis in
uerbo ueritatis eu'ii q̄ puenit ad uos
sic et i uniu'so mundo ē et fructificat
et crescit. sicut et i uob. ex ea die q̄ audi
stis et cognouistis grām dei in ueritate
sicut didicistis ab epafradto karis'o
conseruo nr̄o. qui est fidel' p uob minister
xpi ihu. qui etiā manifestauit dilecti nob
onē uram in sp̄u. Ideo et nos ex qua die
audiuim' n̄ cessam' p uob orantes et
postulantes. ut impleamini agnitione
uoluntatis ei' in omni sapīa et itelle
ctu sp̄itali. ut ambuletis digne deo
p omnia placentes. i omni ope bono
fructificantes et crescentes i scīa dei
i omni uirtute confortati scdm̄ potentia
claritatis eius. i omni patientia et lon
ganimitate cū gaudio. gr̄as agentes
deo pr̄i. qui dignos nos fecit i p̄te sor
tis scōꝝ in luce. Qui eripuit nos de

potestate tenebrarum et transtulit in regnum
filii dilectionis sue in quo habemus re-
demptionem et remissionem peccatorum qui est
ymago dei invisibilis primogenitus omnis
creature quia in ipso condita sunt univer-
sa in celis et in terra visibilia et invisibilia
sive throni sive dominationes sive prin-
cipatus sive potestates. Omnia per ipsum et in
ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes
et omnia in ipso constant. Et ipse est caput cor-
poris ecclesie qui est principium primogenitus
ex mortuis ut sit in omnibus ipse pri-
matum tenens quia in ipso complacuit omnem
plenitudinem inhabitare et per eum recon-
ciliari omnia in ipsum pacificans per
sanguinem crucis eius sive que in terris
sive que in celis sunt. Et vos cum essetis ali-
alienati et inimici sensu in operibus malis
nunc autem reconciliavit in corpore carnis
eius per mortem exhibere vos sanctos et imma-
culatos et irreprehensibiles coram ipso
si tamen permanentis in fide fundati et sta-
biles et inmobiles a spe evangelii quod audistis
quod predicatum est in universa creatura que sub
celo est. Cuius factus sum ego paulus minister
qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis
et adimpleo ea que desunt passionum christi
in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia
cuius factus sum ego minister secundum dispen-
sationem dei que data est mihi in vobis ut
impleam verbum dei misterium quod ab-
sconditum fuit a seculis et a generationibus.
Nunc autem manifestatum est sanctis eius quibus
voluit deus notas facere divitias glorie sacra-
menti huius in gentibus quod est christus in vobis spes
glorie quem nos annuntiamus corripientes
omnem hominem et docentes omnem hominem
in omni sapientia ut exhibeamus omnem ho-
minem perfectum in christo ihesu in quo et laboro

certando secundum operationem eius quam operatur
in me in virtute.

II

Volo enim vos scire qualem sollici-
tudinem habeam pro vobis et pro his qui
sunt laodicie et quicumque non viderunt fa-
ciem meam in carne ut consolentur corda ipsorum
instructi in caritate et in omnes divitias
plenitudinis intellectus in agnitionem misterii
dei patris christi ihesu in quo sunt omnes thesau-
ri sapientie et scientie absconditi. Hoc autem dico
ut nemo vos decipiat in sublimitate ser-
monum. Nam et si corpore absens sum sed spiritu
vobiscum sum gaudens et videns ordinem
vestrum et firmamentum eius que in christo est fidei
vestre. Sicut ergo accepistis ihesum christum dominum
nostrum in ipso ambulate radicati et superedi-
ficati in ipso et confirmati fide sicut et didi-
cistis habundantes in illo in gratiarum actione.
Videte ne quis vos decipiat per philosophi-
am et inanem fallaciam secundum traditio-
nem hominum secundum elementa mundi et non
secundum christum quia in ipso habitat omnis pleni-
tudo divinitatis corporaliter et estis in illo re-
pleti qui est caput omnis principatus et
potestatis in quo et circumcisi estis circumcisi-
one non manufacta in expoliatione corporis
carnis sed in circumcisione ihesu christi consepulti
ei in baptismo in quo et resurrexistis
per fidem operationis dei qui suscitavit eum
a mortuis. Et vos cum essetis mortui
in delictis et preputio carnis vestre convivifica-
vit cum illo donans vobis omnia delicta de-
lens quod adversum nos erat cyrographum de-
creti quod erat contrarium vobis et ipsum tulit
de medio affigens illud cruci expoli-
ans principatus et potestates traduxit confi-
denter palam triumphans illos in semet
ipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut
in potu aut in parte diei festi aut neo-

menie aut sabbatorum que sunt umbra futurorum
corpus autem Christi. Nemo vos seducat volens in hu
militate et religione angelorum que non vidit am
bulans frustra inflatus sensu carnis sue
et non tenens caput ex quo totum corpus per
nexus et coniunctiones subministratum et con
structum crescit in augmentum dei. Si ergo
mortui estis cum Christo ab elementis mundi
quid adhuc tamquam viventes in mundo discer
nitis. Ne tetigeritis neque gustaveritis neque
contrectaveritis. Que sunt omnia in interitu ipso usu
secundum precepta et doctrinas hominum que sunt rationem
quidem habentia sapientie in superstitione et hu
militate et non ad parcendum corpori non in honore
aliquo ad saturitatem carnis. III
Igitur si consurrexistis cum Christo que sursum sunt
querite ubi Christus est in dextera dei sedens que
sursum sunt sapite non que super terram. Mor
tui enim estis et vita vestra abscondita est cum
Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit vita ve
stra tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.
Mortificate ergo membra vestra que sunt
super terram fornicationem immunditiam li
bidinem concupiscentiam malam et avaritiam
que est ydolorum servitus. Propter que venit ira dei super fi
lios incredulitatis. in quibus et vos ambula
stis aliquando cum viveretis in illis. Nunc autem
deponite et vos omnia iram indignationem ma
litiam blasphemiam. Turpis sermo de
ore vestro non procedat. Nolite mentiri invicem
expoliantes vos veterem hominem cum actibus
eius et induentes novum hominem eum qui
renovatur in agnitionem secundum ymagi
nem eius qui creavit eum ubi non est gentilis et
iudeus. circumcisio et preputium barbarus et
scytha. servus et liber. sed omnia et in omnibus Christus.
Induite ergo vos sicut electi dei sancti et dilecti
viscera misericordie benignitatem humilitatem
modestiam patientiam. supportantes invicem

et donantes vobismetipsis si quis adversus
aliquem habet querelam. Sicut et dominus donavit
vobis ita et vos. Super omnia autem hec cari
tatem habete quod est vinculum perfectionis.
Et pax Christi exultet in cordibus vestris in qua
et vocati estis in uno corpore et grati esto
te. Verbum Christi habitet in vobis habundanter in
omni sapientia docentes et commonentes vos
metipsos psalmis ympnis canticis spiri
talibus in gratia cantantes in cordibus vestris
deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut
in opere omnia in nomine domini Ihesu Christi gratias
agentes deo et patri per ipsum. Mulieres sub
dite estote viris sicut oportet in domino.
Viri diligite uxores vestras et nolite ama
ri esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia.
Hoc enim placitum est in domino. Patres
nolite ad indignationem provocare filios
vestros ut non pusillanimes fiant. Servi
obedite per omnia dominis carnalibus non ad
oculum servientes quasi hominibus placentes
sed in simplicitate cordis timentes dominum.
Quodcumque facitis ex animo operamini sicut
domino et non hominibus scientes quod a domino acci
pietis retributionem hereditatis. Domino Christo
servite. Qui enim iniuriam facit recipiet
id quod inique gessit et non est personarum accep
tio apud deum. Domini quod iustum est et equum ser
vis prestate scientes quoniam et vos dominum habe
Orationi instate IIII tis in celo.
vigilantes in ea in gratiarum actione
orantes simul et pro nobis ut deus aperiat
nobis ostium sermonis ad loquendum ser
monis ad loquendum misterium Christi propter
quod etiam vinctus sum ut manifestem illud
ita ut oportet me loqui. In sapientia ambu
late ad eos qui foris sunt tempus redi
mentes. Sermo vester semper in gratia sale sit
conditus ut sciatis quomodo oporteat vos

uniciiq; r(espon)de(re). Que c(ir)ca me sunt o(mn)ia nota
uob(is) faciet tythicus k(arissi)mus fr(ater) (et) fidelis
minist(er) (et) co(n)s(er)uus in d(omi)no. que(m) misi ad
uos ad hoc ip(su)m ut cognoscat que circa
uos sunt (et) co(n)soletur corda u(est)ra cum ho
nesimo k(arissi)mo (et) fideli fr(atr)e. qui e(st) ex uob(is). q(ui)
omnia q(ue) hic aguntur nota facient uob(is).
Salutat uos aristarcus conc(a)ptiu(us) meu(s)
(et) marc(us) co(n)sobrinu(s) barnabe. de q(uo) accepist(is)
mandata. Si uenerit ad uos suscipite il
lu(m) (et) ih(esu)s qui d(icitu)r iustus qui s(un)t ex circumci
sione. Hi soli sunt adiutores mei in
regno dei. qui m(ihi) fuerunt solatio.
Salutat uos epafras qui ex uob(is) est ser
uus (christ)i ih(es)u. semp(er) sollicitus p(ro) uob(is) in
orationib(us) ut stetis p(er)f(ec)ti (et) pleni in omi
uoluntate dei. Testimoniu(m) eni(m) illi p(er)hi
beo. q(uo)d h(abe)t multum labore(m) p(ro) uob(is) (et) p(ro) hi(is)
qui sunt laodicie (et) q(ui) ierapoli. Salu
tat uos lucas medic(us) k(arissi)mus et demas.
Salutate fr(atr)es qui sunt laodicie. (et) nym
phea. (et) que in domo eius e(st) ecc(les)iam. Et
cum lecta fuerit apud uos h(ec) ep(isto)la. faci
te ut in laodycensiu(m) ecc(lesi)a legatur. (et) ea
q(ue) laodicensiu(m) e(st) uos legatis. (et) dicite ar
chippo. Videte ministeriu(m) q(uo)d accepisti i(n)
d(omi)no. ut illud impleas. Salutatio m(e)a
manu pauli. Memores estote uinculo
rum meo(rum). Gr(ati)a d(omi)ni ih(es)u nobiscu(m). Amen.
Explic(it) ep(isto)la ad colosen(ses). Incipit p(ro)logus
TEssalonicenses sunt salonicenses
macedones. Qui accep
to u(er)bo ueritatis p(er)stite
runt in fide. etia(m) in p(er)secutione ciuiu(m)
suo(rum). P(re)t(er)ea nec receperunt falsos ap(osto)lo(s)
nec ea que a falsis ap(osto)lis dicebantur.
Hos collaudat ap(osto)l(u)s scribens eis ab athe
nis p(er) tithycu(m). Incip(it) ep(isto)la ad tessalonicen(ses).

PAulus
et siluanu(s)
(et) timoth(eu)s.
eccl(esi)e thessa
lonicensiu(m)
in deo p(at)re (et)
d(omi)no ih(es)u (christ)o.
gr(ati)a uob(is) et
pax. Gr(ati)as agimus d(e)o semp(er) p(ro) omnib(us)
uob(is). memoriam u(est)ri facientes in
orationib(us) n(ost)ris. sin(e) intermissione. me
mores op(er)is fidei u(est)re (et) laboris (et) ca
ritatis. (et) sustinentie spei d(omi)ni nost(ri)
ih(es)u (christ)i. an(te) d(eu)m (et) p(at)rem n(ost)r(u)m. scientes fr(atr)es
dilecti a deo electionem u(est)ram. q(uia) eu(angelium) no
strum n(on) fuit in sermone t(antu)m. s(ed) (et) i(n) uir
tute (et) sp(irit)u s(an)c(t)o (et) in plenitudine multa
sicut scitis quales fuerim(us) in uob(is) p(ro)pt(er)
uos. Et uos imitatores n(ost)ri f(a)c(t)i estis et
d(omi)ni. excipientes u(er)bum i(n) tribul(ati)o(n)e multa
cum gaudio sp(iritu)s s(an)c(t)i. ita ut f(a)c(t)i sitis for(ma)
omnib(us) credentib(us) i(n) macedonia (et) i(n) acha
ia. A uob(is) eni(m) diffamatus e(st) sermo d(omi)ni
n(on) solum i(n) macedonia (et) i(n) achaia. s(ed) in
omni loco fides u(est)ra que e(st) ad d(eu)m p(ro)fecta
e(st). ita ut n(on) sit nob(is) nec(ess)e quicq(ua)m loqui.
Ipsi eni(m) de nob(is) annunciant q(ua)lem introitu(m)
habuerim(us) ad uos. (et) q(uo)m(od)o co(n)u(er)si estis ad
d(eu)m a simulachris seruire d(e)o uiuo et
uero. (et) expectare filiu(m) eius de cel(is) que(m)
suscitauit a mortuis ih(esu)m. qui eripuit
nos a(b) i(r)a uentura. Nam ip(s)i scitis fr(atr)es
introitum n(ost)r(u)m ad uos. q(uia) n(on) inanis fuit.
s(ed) an(te) passi (et) co(n)tumeliis affecti sic(ut) scitis
in philippis. fiducia(m) h(abui)m(us) in deo n(ost)ro
loqui ad uos eu(angelium) d(e)i in multa sollicitudi(n)e.
Exhortatio eni(m) n(ost)ra n(on) de errore neq(ue) de
inmunditia. neq(ue) in dolo. s(ed) sicut p(ro)bati
sum(us) a deo. ut crederetur nob(is) eu(angelium) ita loqui(mur)

ad uos